

*2016 Pretium  
Petronianum*

*2. Platz*

verliehen von der Klassischen Philologie der  
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

an

**Anna Dick, Selina Weißmantel**

---

für das Verfassen eines außergewöhnlichen  
Textes in lateinischer Sprache anlässlich des  
Thementages

**Rom - Stadt der Spektakel**

am 16. Januar 2016

---

Univ.-Prof. Dr. Christine Walde

**JG|U**

Institut für Altertumswissenschaften  
Latinistik/Klassische Archäologie  
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

*Ein unerwarteter Gladiator*

„Ave imperator, morituri te salutant!“ Omnes gladiatores in arena stantes id clamamus, ut imperator, qui summo in spectaculo sedet et splendide vestitus et ornatus est, prodeat et eum observare possimus. Nam hodie diem festum agimus. Turba laetos clamores tollens vitam mortemque celebrat. Ego autem intentus sum. Cum adversario immani magnitudine atque ingenti vi mihi pugnandum est.

Certamine incepto ille statim me deicit. Sed spes victoriae mihi perdenda non est. Paulo post surgo atque certamen persequor. Tum contingit, ut ego gladium meum educam et adversarium petam et ei vulnus inferam. Cum animum abducere ab ea re non possim, impetum adversarii novum non animadverto. Rursus iaceo, rursus hostem timeo. Hoc mihi minime opinanti accidit. Iam tumultus turbae aures percutit, iam illi gaudent. Iterum atque iterum gladio ferit. Grave vulnus accipio et mihi dolorem tantum efficit, ut turba clamet: „Habet! Habet!“ Moriar, id mihi persuasum est. Sola spes salutis missio esset. O fallacem spem! Non dubium est, ut mea fert opinio, quin moriar. Veri simile est spectatores mappas missuros. Me hercule! Quid est, quod sint homines, quos mors mea iuвет? Quam crudelis ista turba est! Me miserum! Precor deos, ut me servent. Tum subito...

Non dei sed paedagogus meus mihi saluti est. Nam ille me ludos cum amicis imitari non vult, sed ille me libros legere mavult. Mihi nomen Iulius est et decem annos natus sum. Ista fabula mea erat. Nam libenter ludos gladiatorios cum patre meo frequento, sed valde gladiatores cum amicis imitari amo. Videlicet arma lusoria habemus. Si iuvenis ero, mox bonus, mox invictus, mox optimus gladiator ero. Postea plus valebo quam ceteros et eos superabo, id mihi persuasum est.